

Aduertencias para

ut possint Regulares examinare, causa ad
id interueniente, cum ea subsistente possint
ab ipsis reprobari, & repeili, ut in dicta
Clementina ipsis expresse conceditur. Et
Pius Quintus hanc eandem confessorum
perpetuitatem confirmat in Motu proprio.
Et si Fratrum Mendicantium, &c. edito in
Ordinum Mendicantium fauorem, vbi sta-
tuit, q̄ ille qui semel in vna Diœcesi admis-
sus per Episcopum fuerit, semper in eadem
Diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius
examinari, vel presentari, in dicta Diœcesi
debeat, tam quoad prædicationes faciendas,
quam quoad confessiones audiendas, nec alii
quid pro prædictis exigiri vel recipi debeat.
Et ita seruat in usu, qui est legum interpres.
Neq; reuocatur. per Gregorij decimi tertii
constitutionem priuilegiorum Ordinum Mé-
dicantium ad ius commune, & ad terminos
sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini
reduciā. Quia cum hoc priuilegium [seu
potius ius commune prout concernit Prædi-
catores, & Minores] non sit contrarium sa-
cris Canonibns, nec Concilij Tridentini de-
cretis, sequitur manifeste non esse per Gre-
gorium decimum tertium reuocatum. Et in
huius